Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Jhemiah

86

nebul gelcos annuntiaos eius
Sic ergo dicitis eis dii qui celos
et terram non fecerunt pereant de terra
et de his que sub celo sunt Qui
fecit terram in virtute sua p pa
rat orbem in sapientia sua et pru
dentia sua extendit celos ad uoce
suam dat multitudinem aquarum in celo
et eleuat nebulas ab extremitati
bus terre fulgura in pluuiam fecit
et educit uentum de thesauris
suis Stultus factus est omnis homo
a scientia sua confusus est artifex
omnis in sculptili quoniam falsum
est conflauit et non est spiritus
in eis Vana sunt et opus error
ris dignum in tempore uisitationis
sue peribunt Non est his similis
pars iacob Qui enim formauit omnia
ipse est Et israhel uirga hereditatis
eius dominus exercituum no
men illi Congrega de terra tribula
tione tua que habitas in obsidione
quia hec dicit dominus Ecce ego
longe proiiciam habitatores terre in
hac uice et tribulabo eos ita ut in
ueniant Ve mihi super contri
tione mea pessima plaga mea
Ego autem dixi plane hec infirmitas
mea est et portabo illam Taberna
culum meum uastatum est omnes fi
nes mei disrupti sunt filii mei
exierunt a me et non subsistunt
Nemo qui extendat ultra tentorium
meum et erigat pelles meas quia
stulte egerunt pastores et dominum
non quesierunt et propterea non
intellexerunt et omnis grex eorum
dispersus est Vox auditionis ec
ce uenit et commotio magna de te
rra aquilonis ut ponat ciuitates
iuda in solitudinem et habitaculum
draconum Scio domine quia non est
hominis uia eius nec uiri est ut am
bulet et dirigat gressus suos Con
pe me domine ueruntamen in iudi
cio et non in furore tuo ne forte ad
nihilum redigas me Effunde in
dignatione tua super gentes que
te non cognouerunt et super prouincias
que nomen tuum non inuocauerunt quia
comederunt iacob et deuorauerunt
eum et consumpserunt illum et decus
eius dissipauerunt

Verbum quod factum est ad ieh
remiam a domino dicens Au
dite uerba pacti huius et loq
mini ad uiros iuda et ad habitato
res hierusalem et dicetis ad eos
Hec dicit dominus deus israhel
Maledictus uir qui non audierit uer
ba pacti huius quod precepi patribus
vestris in die qua eduxi eos de
terra egipti de fornace ferrea di
cens Audite uocem meam et facite
omnia que precepi uobis et erit
mihi in populum et ego ero uo
bis in deum ut suscitem iuramentum
quod iuraui patribus vestris datu
rum me eis terram fluentem lacte et
melle sicut est dies hec Et respon
dit dixi Amen domine Et dixit
dominus ad me Vociferare
omnia uerba hec in ciuitatibus
iuda et foris hierusalem dicens
Audite uerba pacti huius et facite
illa quia contestando contestatus sum
patres uestros in die qua eduxi
eos de terra egipti usque ad diem
hanc Mane consurgens contestatus
sum et dixi audite uocem meam et no
n audierunt nec inclinauerunt aures
suas sed abierunt unusquisque in pra
uitate cordis sui mali Et induxi